Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26214
Copyright: Admont, Benediktinerstift

a solio sce intentionis excussa quo iacent monstraremus.
quia si ad ea que sup ipsa sunt inhiare cessauerint. sub se
metipsa etiam indesinenter ruit. In alto autem figitur si amo
re temporalium deserens ad spem incomutabilis eternitatis
ligatur. Bene igitur dicit qui ponit humiles in sublime. atque apte
subiungit. et merentes erigit sospitate. Sepe in hoc mundo
etiam ieiunii quilibet electi sunt. dum de ipsa gloria sue prosperitatis
intumescunt. sed merentes dns sospitate erigit. qa afflictos
ad gloriam uere leticie soliditate sustulit. Sospitate qppe non
insania electi sed. qui in bonis actibus positi spe in dm firma
gratulantur. Nonnulli enim sicut dicimus et iniquitate perpetrant.
et gaudere non cessant. De quibus per salomonem dicit. qui letantur
cum male fecerint. et exultant in rebus pessimis. et rursum.
sed impii qui ita securi sunt ac si facta iusta habeant. Hu
iusmodi non sospitate erigunt. sed insania qa superbiunt dum
affligi debuerunt. ex inde miseri in exultatione defluunt.
unde a bonis flentes. frenetica uidelicet sensibus similes qui
insania qua pualent uirtute putant. qui ex morbo eee
nesciunt hoc qd sanis amplius possunt. et qsi excusse se
uiribus estimant. dum adunte terminum per augmenta langu
oris appropinquant. qa qui rationis sensum non habent flentes.
et rident. et tanto in magna exultatione se dilatant. qn
to et insensibiles malum qd patiuntur ignorant. Sospitate
igitur dns merentes erigit. qa electos meus non presentis uite insa
nia. sed certitudine eterne salutis hilarescent. Unde apte mox
de hac ipsa puae destructione subiungit. Qui dissipat
cogitationes maligne. ut non possint implere manus eae
qd cepunt. Reproborum mentes pusillis cogitationibus semper in